

weicher, reichlicher drüsenhaarig und etwas klebrig. — Von *P. önensis* unterscheidet sie sich durch die längeren Blüthenstiele, welche die halbkreisförmigen sehr kurzen Deckblättchen 2—3mal überragen, durch die trübrothe Blüthenfarbe, breitere Blätter und die geringere Zahl der Drüsenhaare an Blättern und Kelchen, in Folge dessen *P. Portae* wenig klebrig ist, während *P. önensis* zu den am meisten klebrigen Primeln gehört.

Mit *P. discolor* Leyb. an den gleichen von Leybold mit „Primel-Gärten“ verglichenen Standorten.


9. *Primula Göbelii* (*Auricula* \times *villosa*).

Von Herrn Kriegskommissär A. Peheim in Graz auf dem Eisenhut bei Turrach in Steiermark aufgefunden und Herrn Göbel in Innsbruck in lebenden Stöcken übersendet.

Es ist begreiflich, dass sich bei der nahen Verwandtschaft der *P. önensis* Thom. und *P. villosa* Jacq. auch die Bastarde, welche durch Kreuzung dieser beiden Arten mit *P. Auricula* L. entstanden sind, sehr ähnlich sehen. Dennoch lässt sich durch dieselben Merkmale, durch welche sich *P. villosa* Jacq. und *P. önensis* Thom. scheiden, auch die *P. Göbelii* von *P. Portae* unterscheiden. — Die Blätter der *P. önensis* sind keilförmig und an dem fast gestutzten oberen Ende mit grossen Zähnen besetzt, von welchen der mittelste seinen rechten und linken Nachbar nicht überragt, während die Blätter der *P. villosa* spathelig-verkehrteförmig sind und an dem gerundeten oberen Ende derart mit Zähnen besetzt erscheinen, dass der mittelste derselben die seitlichen überragt. Dieser Zuschnitt des Blattes der *P. villosa* Jacq. spricht sich nun auch deutlich genug in *P. Göbelii* aus.

Leider habe ich noch nicht Gelegenheit gehabt, diese Pflanze, von welcher mir ein Stock durch den eben so eifrigen als glücklichen Kultivateur der Alpenpflanzen, Herrn Oberinspektor Göbel in Innsbruck, mitgetheilt wurde, in allen Entwicklungsstadien zu beobachten und zu ermitteln, ob vielleicht auch noch andere Unterschiede zwischen *P. Göbelii* und den beiden vorhergehenden Primeln existiren. — Jedenfalls möchte ich hiermit die steiermärkischen Botaniker, welche Gelegenheit haben, das Gebiet der *P. villosa* Jacq. zu untersuchen, auf diesen Primel-Bastart dringend aufmerksam machen.

(Schluss folgt.)



Florae italicae novitates quatuor.

Auctore Victore de Janka.

1. *Colchicum Levieri* Janka.

Autumnale, foliis hysteranthiis. Flores 1—7. Perigonii tubus limbo 2-plo longior. Limbi 2—3-pollicaris rosei tesselati segmenta linear-lanceolata nervis circiter 20 undulatis percursa, exteriora lon-

giora. Filamenta omnia basin versus sensim incrassata, interiora longiora paullo altius inserta unacum antheris perigonio dimidio manifeste breviora. Antherae lineares. Stili vix perigonii dimidiata longi. Stigmata stilos crassiora uncinata unilateralia profunde sulcata. Tuber parvum, tunicis firmiusculis chartaceis brunneis vestitum. Folia 4—5 linear-lanceolata utrinque attenuata atque basi in planta fructifera ita discreta, ut capsulae haud ovallatae; folium infimum subsequente plerumque angustius. Capsulae spongiosae subglobosae nuciformes.

Hab. pr. Florentiam Italiae septentrionalis e. g. in pratis San Donato! et in graminosis inter vineas ad San Margarita!

Nominavi in honorem clarissimi et amicissimi Dr. Levier, de agri florentini flora atque de illa Aprutiorum meritissimi. — Nulli proprius accedit, quam *C. lusitanico* Brot., ex descriptione et icona in *Phytographia Lusitanica* 2. p. 211, tab. 173 et 174 mihi solum noto, distinctum tamen capsularum forma atque foliorum dispositione. Longius distat *C. autumnale* L. foliis multo latioribus capsulas triplo maiores obvallantibus, perigonii forma ejusque colore, stigmatibus etc.

2. *Colchicum variopictum* Janka.

Autumnale, foliis hysteranthiis. Spatha ante aperturam laevissima, demum subtiliter striatula. Flores 1—5. Perigonii tubus limbo 4—5-plo longior. Limbus pollicaris vel paullo longior inaequalis, tamen simetricus. Segmenta exteriora longiora latioraque lanceolato-spathulata vel obovato-lanceolata; interiora apicem versus magis attenuata; omnia acutiuscula, colore rosea carina in segmentorum parte inferiore excepta superficie reliqua utrinque distincte tessellata nervis circiter 20 undulatis percursa. Filamenta basin versus sensim incrassata atque introrsum leviter arcuata; interiora longiora paullo altius inserta demptis antheris — exteriora unacum antheris dimidiata segmentorum suorum aequantia. Antherae lanceolato-lineares obtusiusculae ante foecundationem pulchre roseae, demum dilute flavae subaurantiacae. Stili perigonii segmenta interiora longitudine plerumque aequantes, saepius etiam e perigonio exserti. Stigmata stilos crassiora arcuato-recurva, unilateralia profunde sulcata atque juxta sulcam lineis utrinque binis papillarum ciliolata.

Tuber parvum Juglandem vix aequiparans, tunicis brunneis firmiusculis chartaceis vestitum. Folia 5—9 stricta, pollicem ad summum — plerumque vero 5—8 lineas — lata, spithamam vel paullo ultra longa, basi breviter — apicem versus insensibiliter subacuminata-attenuata, ambitu lingulato-linearia vel sublinearia, inferne rotundato-canaliculata, ceterum appanata, margine plana i. e. haud undulata; folium infimum a ceteris remotum basi caulem 1—2 pollicarem tubuloso-vaginans; reliqua alternatim valde approximata semiamplexicaulia. Capsulae farctae cylindraceo-ovatae 4—8 lin. latae vix 12" longae apice abrupte longiusculae 3rostratae. Semina parva illorum Sinapeos magnitudine, rugulosa, fuscescens.

Hab. in pratis campestribusque dumosis inter Eboli (viae ferreae stationem) et fl. Sele versus Paestum non procul a Neapoli, ubi detexi d. 18. Junii 1874.

Nec cum *Colchico neapolitano* Ten., nec cum *C. Bironae* Guss., minime cum *C. Tenorei* Parl. conjungendum; distinctissimum. — Etiam *Colchicum Todarii* Parl. fl. ital., quod idem cum *C. Bisignani* Ten.!, ex speciminibus, quae attuli ex horto botanico neapolitano, foliis subsynanthiis, laete viridibus, laxis, perigonio, stigmatibus punctiformibus toto coelo diversum.

3. *Dianthus Guliae* Janka in ephemericibus melitensis „il Barth“ III. (1874) Nr. 21. pag. 422.

Perennis, laete viridis, praeter foliorum marginem sub lente scabriuscum glaber laevissimus. Caudex plerumque elongatus longe protractus stoloniformis atque inter dumeta varie flexuosus, quandoque subscandens, caules solitarios vel plures fasciculosque foliorum steriles emittens. Caules $1\frac{1}{2}$ —3 pedales tenues simplices, teretes vel subangulati subtilissime striatuli, apice capitulo 3-multifloro terminati. Folia laxa, valde angusta, linearis-subulata lineam vix lata, usque semipedem longa, caulina basin versus haud angustata in vaginam laminae latitudine 4—5-plo longiorem connata. Turionum folia fasciculata basi longissime, in petiolum quasi attenuata. Squamae 8 albidiae coriaceae obovato-cuneiformes laeves margine superiore utrinque anguste membranaceo breviter decurrente cinctae, omnes vel pleraeque plus minus abrupte in acumen subulatum herbaceum viridi-striatum squama ipsa nunc longius, nunc brevius calycemque subaequans vel superans productae. Calicis oblongo-elliptici tubus viridis multistriatus; dentes lanceolato-acuminati, margine papilloso-puberuli tertiam tubi partem longi, purpurascentes. Petala pulchre lutea: lamina imberbis quidem, sed tota superficie velutino-puberula calycis dimidiatae aequans, subtus haud raro rufa.

Hab. in campestribus dumosis inter Eboli (viae ferreae stationem) et fl. Sele versus Paestum non procul a Neapoli; detexi d. 18. Junii 1874.

Clarissimo Dr. Gavino Gulia, solertissimo florae melitensis persutatori dedicavi miram hanc plantam: ad *Dianthus Carthusianorum* fere ita sese — ut *D. Knappii* Aschers. (e Bosnia) ad *D. liburnicum* Bartl. habitantem.

4. *Iris spuria* L.

Speciem hanc ex Italia adhuc haud notam — nam *Iris spuria* Bert. fl. ital. = *I. foetidissima* L. (cfr. Parlatore flora italiana vol. III. pag. 299) — iisdem locis cum *Colchico variopicto m.* et *Dianthus Guliae m.* supra descriptis legi atque frequentem observavi.

Pestini in Hungaria, d. 16. Februarii 1875.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution](#)

Jahr/Year: 1875

Band/Volume: [025](#)

Autor(en)/Author(s): Janka Viktor von Bulcs

Artikel/Article: [Florae Italicae novitates quatuor. 82-84](#)